



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118596

§. 88. Rationes a Cardinale Lotharingio contra hoc edictum propositæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

§. LXXXVIII.

Sæcul. XVI.
A. C. 1560.*Rationes a Cardinale Lotharingio
contra hoc editum propositæ.*Cum solemnis hujus diplomatis pro- *Thuan. l. 28.*

mulgatio suisset prohibita, inde hæreticorum factio plurimum potentia augebatur, jamque frequentiores hæreticorum cœtus haberi cœperant, capropter Cardinalis Lotharingius, dum Rex adhuc Durocortori Rhemorum esset, apud Reginam questus fuerat, quod res in pejus ruerent, cum plerique edictis regiis, & libertate iis permissa ad licentiam abuterentur, & congressibus, ac cœtibus vetitis agri, vici, ac tandem urbes personarent, necnon ad conciones audiendas passim, ac turmatim concursus fieret, ubi etiam imperiti ad eas rei novitate accederent, eademque, quæ illi coeunt, facilitate seducerentur: ex adverso querebatur Cardinalis, quod frigeat antiquarum ceremoniarum cultus, atque jam a multis irrideatur, ac quamplurimi a vera Religione quotidie deficiant, & in protestantium numerum cooptentur, ac erroribus implicentur, aliis quoque edictis promulgatis nihil aliud efficientibus, quam ut incuria judicum alatur, & negligentiae eorum excusatio queratur: itaque consultum dicebat, ut nihil, usque dum col-

K 3 loquium

Sæcul. XVI. loquium ad sedandas de Religione dis-
A.C. 1561. sensiones Regis jussu instituatur, in ejus
 caussa innovetur, eaque de re lex san-
 ciatur ex Senatus consilio, religiose in
 posterum observanda. Ceterum collo-
 quium illud a Cardinale memoratum,
 non erat aliud, quam Pisciacense
 quod Catholicos inter, & Protestan-
 tes eo fine habendum indicebatur,
 ut eos rursus uniendi media excogi-
 tarentur: illud vero a Regina proposi-
 tum dicitur, ut novæ reformationis Se-
 cttatores sedaret, qui omne Concilium,
 cui se submittere tenerentur, accepta-
 re recusabant.

§. LXXXIX.

*Aliud editum præsente Rege in Se-
 natu promulgatum.*

Thuan. I.c. Post hæc Návarræ Rex, Connestabilis,
Beza l.4. hist. Brisaccus, & Santandreanus Mare-
Ecc. p.468. scalli unacum Cárinal Lotharingio
Comm. de sta- contra præfatum diploma queri cæpe-
tu Relig. runt quapropter Regina pro fœmina
 Calvinistarum erroribus infecta, ni illud
 revocaret, haberi verita Regem Filium
 suum ad Senatum conducere statuit, ut
 ibidem pro componendo hoc negotio
 utile arriperetur consilium: itaque Rex
 unacum Regina Matre sua, ceterisque
 regni Proceribus, ac Condæo Principe
 Senatum accedunt, ubi Hospitalius Can-
 cella-